

SIMONIDIS
QUÆ SUPERSUNT,

GRÆCE ET LATINE,

Cum Animadversionibus.

CONS. AMPLISS. ORD. PHILOS. ABOENS.

EXAMINI MODESTE OFFERUNT

ANDR. JOHANNES LAGUS,

&

STIPEND. REG.

ABRAHAMUS MOLLERUS,

WIBURGENSES.

IN AUDITORIO MAJORI D. 18 MAII 1796.

H. Ante. Merid. S.

Pars I. Solam

ABOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.

3.

SIMONIDIS

QUE SUPERSUNT

GRACE ET LATINE

CONS. AMPLISS. ORD. PHILOS. ABOENS.

EXAMINI MODESTE OFFERTUNT

ANDR. JOHANNES LAGUS

STUDENT. REG.

ABR. HANUS MOLLERUS

WITTOBENNES

IN AUDITORIO MAJORI D. 18 MAII 1766

H. Ant. Meib. S.

Part I.

ABOE, Typis FRISCHLIIANIS



PROOEMIUM.

Multa de SIMONIDE Poëta in scriptis veterum
narrantur; in diversa vero abeunt de ipso
Auctore hominum eruditorum sententiæ: quas qui-
dem omnes excutere, cum idem sit, ac libri longio-
ris conscribendi capere consilium, quod nostri non
fert instituti ratio, per summa, uti dicunt, capita
eundo, præcipua tantum breviter carptimque anno-
tabimus.

In antecessum itaque monendum, plures esse
nomine SIMONIDIS in antiquiorum scriptis celebra-
tos; quorum præcipui, præter nostrum, fuerunt SI-
MONIDES *Ceus*, junior, Poëtæ nostri ex filia Nepos,
ipse quoque Poëta et Genealogus, circa Ol. LXXXII
cla-

clarus, quem *Genealogia* libb. III. & *περι ἑσχηματω* totidem scripsisse narrat SUIDAS, atque SIMONIDES, *Crinei* filius, *ιαμβογράφος*, cognomine *Amorginus* (ex Patria *Amorgo*, infula una *Sporadum*) cui *Elegiarum* libros II. & *Jambos* tribuit idem SUIDAS a).

Anno ante Christum fere DLX, sive circa Olympiadem LVI, vel, ut alii volunt LXII, vivere coepisse Poëtam nostrum, perhibet SUIDAS b). Patrem habuit *Leoprepem* c), secundum alios *Theoprepem*, avum *Hyllichum* d). Natale solum ipsi præbuit *Julis*,
urbs

a) In voc. *Σιμωνιδης*. De patria Amorgini, qui reliquis posterior fuit, vide sis STRABONIS *Geogr.* L. X. p. 487. (Ed. Fol. Amstel. 1707).

b) l. c. Cf. SCHOLIAST. ARISTOPH. ad *Σφην.* 1410.

c) loc. cit. Vide præterea SIMONIDIS Epigramma apud ARISTIDEM in Oratione *παρὰ τῷ παραφθέγγματος*, ubi mira se fuisse memoria testatur; cui assertioni calculum addunt album CICERO *Quæst. Tusc.* lib. I. c. 24. SUIDAS *eser.* & ÆLIANUS *Variar. Historiar.* IV, 24.

d) Vide Fragm. CALLIMACHI p. 337. Ed. Grævii 1697; ubi graviter taxatur venalis nostri musa. Scil. avaritiæ deditus, lucrique studiosissimus (quod testatur CHAMÆLEON qui de Poëtis egerat, jam vero periit, apud ATHENÆUM *Deipnosoph.* l. XIV, p. 656.) mercede pacta carmina composuit, PHÆDR. IV Fab. 21, 24.

urbs Insulæ *Cei e)* quæ erat una e Cycladibus. Ol. LXXIII, a. Chr. fere 485. AESCHYLO victoriam in ludis eripuit, carmine Elegiaco, in honorem illorum, qui in pugna Marathonica erant cæsi, condito *f)*. Octogenarius Ol. LXXV, victor iterum salutatur, compositis Epitaphiis in memoriam Lacedæmoniorum atque Atheniensium, qui ad Plateas occubuerant *g)*. Literas duplices & longas quasdam invenisse traditus; quæ vero illæ fuerint, in magna est controversia:

A 2

alii

e) STRABO lib. cit. p. 426. SUD. l. c. *Schol.* ARISTOPH cit. *Cfr.* præterea PLUTARCHUS in *vita Themist.* unde aspectu foedo fuisse nostrum atque cum *Themistocle* versatum, colligi potest, ALIANUS Lib. IX Hist. 41, quæ docet cum *Pausania* Lacedæm. fuisse familiarem; & PHÆDRUS IV, 21. tibi quæ de naufragio nostri narrantur, inter fabellas refert GOENS Diff. de SIMONIDE p. 68. (in FABRICII *Bibl. Gr.* l. II, c. XV.)

f) V. GOENS l. c. p. 17. & I. A. FABRICII *Biblioth. Græca* l. II. c. XV, Not. *ttttt.* pag. 143. col. C. XVI, 8, p. 184. Ed. IV. cur. *Harles.* Harum elegiarum creduntur fragmenta adhuc superesse l. III *Anthol.* cap. *eis avdēies.*

g) Adi *Marmor Arundelianum*, Oxon. ubi ter fit mentio SIMONIDIS nostri. *Cfer.* GOENS & FABRIC. ll. citt.

alii nempe putant, ab ipso inventas H, Ω, Z, Ψ, h); alii τῶν Z, Ξ, Η & Ω inventarum gloriam illi vindicant i); non nisi H & Ω ei deberi, confirmant alii k). Artis quoque μνημονικῆς ipsum fuisse auctorem, præter SUIDAM memorant plures l). Cum LASO æmulatum fuisse SIMONIDEM, ex ARISTOPHANE (ΣΦΗ. 1409.) colligi potest. PINDARUM senex in-

fii-

b) E. gr. PLINIUS *Hist. Natur.* VII, 56. pag. 134. Ed. Fol. Gen. 1631.

i) Hæc est sententia FABRICII lib. cit. L. I. c. XXIII. p. 201. Not. e) col. cum l. II. c. XV. p. 145, & GOENS *Diss.* cit. p. 79 sqq. ubi fuse de hac re agitur. P. 86 refutatur WINKELMANN, qui (*Gesch. der Kunst des Alterth.*) literam X a SIMONIDE inventam affirmat.

k) TZETZES *Chil.* XII, x. 52 SIMONIDEM inventorem litterarum H & Ω fuisse prodit; dubitat vero utrum τὸν Ἀμοργῆ (Amorgi filium vocat etiam *Chil.* I. v. 619, falso, v. not. a) τὸν Σόμμιον ἐκεῖνον, an *Ceum*. Vide VILLOISON *Prolegom.* ad APOLLONII *Lex. Homer.* p. 28.

l) PLINIUS lib. cit. VII, 24. CICERO *de Oratore* I. II, c. 26, QUINTILIANUS *Instit. Orat.* I. XI. c. 2 §. 2-17. Idem probat Marmor *Parium* sive *Arundel.* & Schol. ARISTOPH. supra cit.

stituisse fertur *m*). Olymp. LXXVI, 3 ab HIERONE invitatus in Siciliam se contulit; ubi diem obiit supremum circa finem Olymp. LXXVII, vel initium LXXVIII, annos ante Chr. fere 485 *n*): & cum annum accessisse nonagesimum putetur, inter μακροβίους a LUCIANO refertur. Sepulchrum, cujus meminit SUIDAS *o*), a Phœnice Agrigentino dirutum, ipsi iussu HIERONIS exstructum esse, creditur.

Dorica Dialecto usum, multa scripisse, fertur. Fuerunt vero secundum SUIDAM & SCHOLIASTEM ARISTOPHANIS *p*) ipsius opera: Καμβύσου καὶ Δαρείου

m) V. vitam PINDARI *scholiis* ipsius præfixam; cf. GYRALDUM in *Dial. IX. de Poëtar Hist. Vita PINDARI*, & FABRIC. l. c. p. 144.

n) Conf. Marmor supra citatum, SUIDAM l. cit. *Schol.* ad ARISTOPH. Σφηκες 1410 & GOENS lib. cit. p. 63 sq.

o) l. cit. paullo infra.

p) Ad Σφ. 1410, quem de nostro locum classicum heic integrum sistimus: Λέγει δὲ ἴσως Σιμωνίδην τὸν Λεοπερεπῆς, τὸν ἐν Κείῳ τῇ νῆσῳ πόλεως Λυσιμὸν μετὰ Σησίχορον τοῖς χρόνοις, ὃς ἐπεκλήθη Μελικέρτης διὰ τὸ ἡδὺ καὶ τὴν μνημονικὴν δὲ τέχνην εὗρεν οὗτος. Προσεξέυρε δὲ καὶ τὰ μακρὰ τῶν σοικείων καὶ διπλᾶ καὶ τῇ λύσῃ τὸν τρίτον φθόγγον,

ρεῖε Βασιλεία, Ξέρξου ναυμαχία, ἢ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχία, carmine Elegiaco, ἢ ἐν Σκλαμῖνι ναυμαχία, versibus Lyricis, Ἐρῆνοι, quibus præcipue eminuit, summamque adeptus est laudem q) item Ἐγκώμια, Ἐπιγράμματα, Παιᾶνες, Τραγωδία (quod tamen valde dubium esse judicat GOENS lib. cit. p. 51.) atque alia præterea permulta, quorum omnium non nisi fragmenta aliquot servata passim apud STOBÆUM, ATHENÆUM, ARISTIDEM, THUCYDIDEM, ARISTOTELEM, HERODOTUM, CLEMENTEM ALEXANDRINUM, PLU-

γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς ἕκτης καὶ πεντηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, οἱ δὲ δευτέρως καὶ ἑξηκοστῆς γεγραφάσιν, καὶ παρέτετε μέχρως οἱ βίος ἔτη ἢ πθ'. Καὶ γεγραπται αὐτῷ Δωρίδι Διαλέκτῳ ἢ Καμβύσῃ καὶ Δαξίῃ Βασιλείᾳ, καὶ Ξέρξου ναυμαχία, καὶ ἢ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχία δι' Ἐλεγεῖας, καὶ ἢ ἐν Σκλαμῖνι μελιῶς. Ἐρῆνοι, Παιᾶνες, Ἐγκώμια, Ἐπιγράμματα Τραγωδία καὶ ἄλλα. Τὸν δὲ Ἀάσεν, καὶ Σιμωνίδην ὡς ἀντιτεχνόντας ἀλληλοῖς ὁ Ποιῆτης εἰσαγοί.

q) Vide QUINCTI IANI *Instit. Orat.* X, I, 64. ubi testatur præcipuam SIMONIDIS in commendanda miseratione virtutem fuisse, ut quidem in hac parte omnibus ejusdem operis Auctoribus sit præferendus. Vide præterea HORATII lib. II, Od. I, v. 34. Iqq. CATULLI *Epigr.* 39. & quæ infra not. t) e GIONYSIO HALICARNASS. afferentur.

PLUTARCHUM, HEPHÆSTIONEM, POLLUCEM, cæteros, cum eorumdem scriptis ad nostram pervenerunt ætatem. Ab aliis atque aliis deinde collecta, edita & e Græco translata sunt. r)

Hæc sunt præcipua, quæ de vita scriptisque nostri observanda putavimus; quæ qui plenius explicata legere voluerit, præter alios s) adire poterit peculiarem *de SIMONIDE Cæo, Poëta & Philosopho* Disser-

r) Horum primo loco nominandi sunt FULVIUS URSINUS, & R. F. P. BRUNCK, qui SIMONIDIS diligentissime collegerunt Poëmata. Neque prætereundi *Aleander, Hertelius, Crispinus, Camerarius, Neander, Frobenius, Henr. Stephanus, Sylburgius, Winterton*, alii, quorum opera & studio sub variis titulis, Anthologiis collectionibusque inserta prodierunt nostri carmina. Latinam versionem addidere plurimi: metricam quorundam fragmentorum *Camerarius, Ofius, Monsellus, Taubmannus, Henr. Stephanus, H. Grotius*, cet. Venuustissimam vero dedit GEORGIUS BUCHANANANUS, *Scotus*, qui plerasque SIMONIDIS reliquias eleganti ligata Metaphrasi Latina donavit.

s) Sunt illi præter SUIDAM: *Gyraldus, Crasus, Meursius, Tan. Faber, I. G. Vosius, Baylius, I. A. Fabricius*; item *Burettus* in Comm. Soc. Reg. Paris Inscript. T. XIII. *Winckelmann Gesch. der Kunst des Altbeth, Leo Alla-*

sertationem sub præsidio RYKL. MICH. VAN GOENS defensam a PETRO GERH. DÜKER Traj. ad Rhen. 1768 ubi omnia pæne, tam veterum, quam recentiorum de SIMONIDE enunciata diligentissime collecta atque examinata reperiuntur.

Magni olim factum fuisse SIMONIDEM, probant cum quorum mentionem jam fecimus in ipsum collati honoris testimonia, tum extra dubium ponunt cognomentum, quod ob carminum suavitatem meruit *Melicertes*, atque magna, quæ ipsi tribuerunt antiquiores Encomia t). Neque immerito summis extolli laudibus, fatis testantur præcipua illa simplicitas atque dulcedo, qua se commendant ipsius, etiam quæ supersunt, carmina; quorum cum non facillima omni-

tius de Simeonum scriptis. Reliquis vero copiosior est, BOISSY, filius, cujus exstat *Histoire de SIMONIDE & du Siècle, où il a vécu, avec des éclaircissemens chronologiques.* Ed. nouvelle, entièrement refondue, & augmentée. Paris 1738.

t) Ex. gr. PLATO, in Poëtas censor acerrimus L. I. *de Republ.* Σμωνίδη γε ὁ ἑαυτὸν ἀριτεῖν σοφὸς γὰρ καὶ θεὸς ὁ ἀνὴρ; LIONY-SIUS HALIC. *de Veter. Script.* Σιμωνίδης δὲ πωρρατήρει τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων, τῆς συνθέσεως τὴν ἀκριβείαν

nibus copia contingat, nec agmen majus superfit, quam ut hujusmodi scriptionis angustiis comprehendi queat, non displiciturum forte in literarum studio commilitonibus suspicari sumus, si iisdem exhibendis, diligentiae specimen aliquod edituri, vires quid valeant juveniles periclitaremur.

B

A*

πρός τούτοις (καθ' ὃ βελτίων ἐνέπισκεται καὶ Πινδαρος) τὸ
οἰκτιρῆσθαι μὴ μεγαλοπρεπῶς, ἀλλ' ὡς ἐκείνος παιδητικῶς;
CICERO de Natura Deor. L. I. c. 22. Non enim Poëta
solum suavis (Simonides) sed etiam ceteroqui doctus sa-
piensque traditur. Confer præterea quæ supra not. q)
attulimus.



Ὅυδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χεῖρ' ἔμπεδον αἰεί.

Ἐν δὲ τὸ κάλλιπον Χίος ἔειπεν ἀνὴρ.

ΟΙΗ ΠΕΡ ΦΥΛΛΩΝ ΓΕΝΕΗ ΤΟΙΗΔΕ ΚΑΙ ἈΝΔΡΩΝ

Παῦροι

*) Legitur hæc Elegia apud **STOBÆUM**, *Serm. XCVI*, (Ed. 1543. fol.) sub Titulo: *περὶ τοῦ βίβη, ὅτι βραχύς καὶ ἀτελής καὶ φροντίδων ἀναμειξὸς*; truncata vero initio in multis Editionibus, deficiente scilicet versu primo, quem quidem nos cum **HENR. STEPHANO** (in *Carminum Poëtarum novem Lyricæ Poëscos principum fragmentis*) multisque præter illum aliis, nequaquam omittendum putamus, quippe qui elegantissimum reddat Elegiæ initium. Transfudit hoc veneris plenissimum carmen **BUCHANANUS** in Latinos Elegos, qui simplici elegantia cum ipso exemplari certare posse videntur. **LEUDEM** quoque meretur Metaphrasis horum versuum metrica, a **H. GROTIO** adornata.

1. *Χεῖρμα*) pr. *Res*. Latissime vero patet significatus hujus vocabuli, nullumque fere est Nomen, neque Adjectivum, neque Substantivum, cui accomodari nequeat. Hinc Casui additum secunde elegantem sæpe efficit rei circumlocutionem: ut **ARISTOPH. Νεφέλ.** A. I. v. 2. τὸ χεῖρμα τῶν νυκτῶν pro αἰ νυκτες, **ΧΕΡΟΦ. Cyrop.** L. II. C. I. v. 5. Σφενδονητῶν παμπολὺ τί χεῖρμα; quam eandem formam Græcorum periphrasticam imitari videtur **PLAUTUS Amphitr.** A. II, sc. 2. v. 1, *Satin est*, inquit, *parva res voluptatum in vita*, pro *parvæ voluptates*. Vide **VIGERI Idiot. L. Gr. C. III. Sect. 13. Reg. 2.**

I.

Nihil in hominibus firmum semper manet.

Quod utique pulcherrime cecinit Vates ille Chius:

Qualis, inquit, est ætas foliorum, talis omnino hominum quogue.

B 2

Pau-

2. Δὲ) Sæpius non sine Emphasi quadam asseverandi ponitur significatione: *sane, utique, omnino, inquam, quidem.* XEN. Cyr. IV, 5, 23. Ἐγὼ δὲ, ἔφη, ὦ Ἵρκαίνιε ἠδόμεαι αἰσθητόμενες - - Ego sane, Hyrcani, cum voluptate percepi (Nec abludit Latinorum vero, quod pro profecto apud principes Auctores sæpius positum videmus.) Cognata quodammodo huic est vis, quam habet δὲ, *explanativa*, reddenda nimirum, quando scilicet ad id, quod generatim & breviter allatum fuit, uberius explicandum atque confirmandum accedit Auctor, ut infra. v. 7. V. VI. l. c. VIII, 8.

Χῖος ἀνὴρ h. c. HOMERUS.

3. Ex II. VI. v. 146, quo atque sequentibus vicissitudo rerum humanarum pulcherrime depingitur. En:

Ὅμη περ φύλλων γενεὴ ταῖδε καὶ ἀνδρῶν.

Φύλλα τὰ μὲν τ' ἄνεμος χαμαὶδὲ χέει ἄλλα δὲ θ' ὕλη

Τηλεθώτα φύει, ἕαρος δ' ἐπίγυγνεται ὥρη.

Ὅς ἀνδρῶν γενεή, ἢ μὲν φύει ἢ δ' ἀπολήγει.

Quibus egregie concinunt, qui sub nomine MUSÆI apud CLEMENTEM ALEXANDRINUM Strom. VI leguntur versiculi:

Ὅς δ' αὐτῶς καὶ φύλλα φύει ζεῖδαρος ἄρρα.

Ἄλλα μὲν ἐν μελίσῳ ἀποφθίνει ἄλλα δὲ φύει.

Παῖδοι μιν θνητῶν ὕασι δεξάμενοι
 v. 5. Στέρχοις ἐγκατέθεντο. Πάρσει γὰρ ἑλπίς ἐκάσαι
 Ἄνδρῶν, ἥτε νέων σήφειν ἐμφύεται.
 Θνητῶν δ' ὄφρα τις ἄνδρος ἔχη πολυήρατον ἤβης,

Οὔτε

Ὡς δὲ καὶ ἀνθρώπου γενεὴ καὶ φύλλον ἐλίσσει.

Eadem utitur imagine HORATIUS in mutatione linguarum pingenda
Art. Poët. v. 62.

Περ), cujus Particulæ in Poëtis præcipue frequens est usus, proprie significare videtur omnino, penitus, ut HOM. II. A. 352.

Μήτηρ, ἐπεὶ μ' ἔτεκες γε μινυτὰδιόν περ ἔοντα
Mater, quoniam me peperisti brevis profus tempus vitæ viventem -
 II. XXI, 410:

Νηπιῦτι ἐδέ νύ πῶ περ ἔπεφράσα -
Sicute, ne nunc quidem penitus intellexisti - - II. XXI, 441. XEN. Cyr.
 I, 2, 13. Eadem vis atque natura compositorum est ut ὡσπερ, ἥπερ
plane ut, ὅπερ quod quidem, quod plane. Cfr. VIC. de Id. L. Gr.
 p. 428. Lipf. 1777.

Particulam δὲ, quæ vocibus ὅς, ὅλος, τοίος, &c. sæpissime subjungitur, demonstrandi habere vim, docet VIGERUS *Id. L. Gr. VIII, 8, 22.* Interdum tamen fere vacare videtur.

Μνι) *Ipsam* vel *ipsam* Vocab. Poët. pro αὐτὸν, αὐτῆν. Occurrit quoque μιν pro αὐτὸς e. c. APOLLONII *Argon. L. II.*

Καὶ δὲ τότε περὶ νῆα κίων χρεῖω μιν ἐρεῖσαι
 Ναυτιλῆς οἱ τ' εἶεν - - -

- - - Interrogare ipsos de navigatione, & quinam sint.

5. Στέρχοις ἐγκατέθεντο) Idem fere ac: HESIODI σὺ δὲ ταῦτα
 τεῶ ἐγκατέθεο Διμῶ, & HOM. σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλῃσθε σῆσιν.

Panei vero mortalium auribus hoc excipientes

v. 5. Peñore condunt. Spem enim quisque habet

Adolescentium jam animis innatam:

Donec videlicet mortalium aliquis flore pubertatis gaudet
amabili

Mul-

Στέργον ac σῆδος ab aliis distinguuntur, ab aliis synonymice accipiuntur. POLLUX tamen hæc inter vocabula discrimen constituit *Onomast.* lib. II. 4, 33, τὸ δὲ, inquit, ὑπὸ ταῖς κλειδας σῆδος, τὸ δὲ ὑποκαταβαῖνον στέργον.

6. Ἦης) Τε aliis vocab. adjungi solitum, vi pollere *copulandi* atque *intendendi*, aliquid vero pæne omitti, ad quod referatur docet ZEVNIUS in *VIG. Id. L. Gr.* p. 503. E. gr. II. V, 467.

Κεῖται ἀνήρ, ὃν τῖσον ἐτίομεν Ἐκτορι δῖω,
jacet vir, & is quidem, quem honoravimus ut Hecctora divum. Sensus itaque horum versf. fere est: spe, quam levis cuique finxit juventæ animus frivolam, eadem ebrii mortales, rerum suarum viri non cogitant vicissitudinem.

7. Ὀνητῶν δ' ἄφρα --- ἦβης) TYRTÆUS A. v. 28.

Ὀφρ' ἄφα τῆς ἦβης ἀγλαὸν ἀνδρος ἔχῃ.

Pro ἔχῃ in Edit. STEPHAN. male legitur ἔχει

ἦβη) Pr. Pubes, locus, in quo pubes succrescit, & tempus ætatis, quo succrescere incipit. Latius vero more suo hanc vocem accipiunt Poëtræ; significatione scilicet *juventutis* in genere. In soluta oratione significationem originariam plerumque retinet ἦβη (ut XEN.

Hist. Gr. III, 4, 23. ἐκελευσε τοὺς δέκα ἀφ' ἦβης --- Quotquot annis X pubertatem excessissent, jussit --- ibid IV, 5, 15.) quod idem in ligata interdum, rarius licet, accidit. E. gr. ARISTOTELI.

Νεφέλ. 976.

Multa animo levi volvit irrita,
 Neque enim senio, neque leto affici suspicatur;
 v. 10. Neque dum valet, metu morborum tangitur.
 O stultos, quorum hæc mentem occupant, neque norunt,
 Quam breve sit tempus juventutis vitæque
 Mortalibus. Tu vero hæc doctus, dum vivero licet,

Gemi-

Νήπιος) ex Particula negativa νη̄ & ἔπω loqui, fari conflata vox,
 pr. Latinorum *Infans* exprimit: talem nempe, qui nondum *fari* di-
 dicit, *tenellum*, opponiturque voci Φῶς, quæ a Φάω, *dico*, dedu-
 cta, *viram* denotat ejus ætatis, ut loqui et pro se, vel republica ar-
 cere possit. Deinde ad animum transfertur νήπιος, ut sit *mente quasi*
infans, simplex, imperitus, imprudens, stultus.

Ταύτη) subint. *περάζει* vel *ὀδῶ*, vel alio quodam Substantivo. V.
 LAMB. Bos *Ellips. Gr.* 1765. Ed. 8. Halæ, p. 199 & 237.

13. Μαδῶν) a *μαδέω*, quod quasi a *μῦω*, *tangendo perquirō, accu-
 rate investigo, disquiro.*

14 Ψυχῆ - Χαριζόμενος) Locus difficultioribus accensendus. Reddidit
 H. GROTIUS: *vive: vive inquam, & genio comiter obsequere; (per redu-
 plicationem ipsius vive continuationem exprimere visus)* BUCHANANUS:
Lætus age & genio gratificare tuo; CONR. GESNERUS & J. RIBITTI:
animo tuo bona præbeas & gratificeris.

Ψυχῆ) pr. *spiritum vitalem* significare videtur, vel *id.* quod in ho-
 mine *vivit agitque*, quod cum a corpore accurate distinguere nequi-
 rent primi mortales, sensuum solummodo ductum rudes seculi, no-
 tionem ipsius hominis obtinuit Ψυχῆ; ut EURIPIDIS *Androm.* 611;
 ARISTOPHANIS *Θεσμοφ.* 864; & multoties in N. T. libris. Ma-
 gis vero excultæ rationi humanæ apparuit aliquid in nobis esse

Κοῦφον ἔχων θυμὸν πόλλ' ἀτέλεσα νοεῖ.

"Ουτε γὰρ ἐλπίδ' ἔχει γηρασμένον, οὐδὲ θανείθαι,

10. "Οὐδ' ὑγίης ὅταν ἦ, φροντίδ' ἔχει καμάτου.

Νήπιοι, αἷς ταύτη κείται νόος, οὐδὲ τ' ἴσασιν

Ὡς χρόνος εἶσθ' ἠβης καὶ βίотου ὀλίγος

Θνητοῖς. Ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαθὼν βίотου ποτὶ τέρμα

Ψυχῇ

8. Πολλ') a πόλλος, forma rariori & a Poëtis præcipue usitata, v. c. ANACR. LV, 5, quæ a Grammaticis nec non Lexicographis quibusdam cum cognatò πολυς male confunditur, quod a nostro tempora quædam in Prosa Oratione mutuatur.

9. Ἐλπίς) et in bonam et in malam partem accipitur pro spe & metu, ut ἐλπίζω sperandi atque metuendi notiones habet c. c. ARISTOPH. Ὀρν. 956. Nec abluunt Latinorum spes & spero. Cfer. VIRGILII Aeneis, IV. v. 419; Ciris 431.

Θανείθαι) a Them. inuf. θανέω, vel θανέομαι perperam a θνήσκω deductum. Multa scilicet verborum tempora e radicibus perverfis derivata sunt, postquam in desuetudinem abieciunt genuina Themata. E silva exemplorum attulisse sufficiat ἤνεγκα (Aor. I, V. ἐνέγκω) & οἶσω (Fut. I. V. οἶω), quæ a φέρω deduxit ignorantia Grammaticorum quorundam. Idem fatum fuisse Linguae Latialis, probant vel exempla Perfectorum Tuli & Genui Verbor. antiq. Tulo & Geno, sed quæ tamen a Fero & Gigno vulgo deducuntur.

10. Κάματος) Pr. Labor, fatigatio non raro pro morbo accipitur nt h. l. Similiter κάμνεν agrotare interdum significat, quo eodem sensu laboro in Roman. scriptoribus plus semel occurrit.

11. Νήπιοι, οἷς) Pro quo contra metrum in quibusdam Strobzi Editionibus legitur νήπιοις. Sensum quoque præterea, frigidum reddendo, corrumpit hæc lectio.

Ψυχῆ τῶν ἀγαθῶν τλήθι χαριζόμενος.

B*

vivens atque sentiens, a corpore diversum illud quidem. Hoc Ψυχῆν vocarunt; corporique esse forma simillimum, ita ut subtiliori tantum differret materia, finxerunt: HOM. Conf. *Odys.* XI, 221. II. XXIII, 100, 104, 107. LUC. *Dial. Mort.* X. Homine mortuo in αἶθρην per dentes vel vulnus aufugere Ψυχῆν hancce tradiderunt, cujus tamen incolā fieri non poterat, antequam humo mandatū fuisset corpus, vel C sine sepultura annos jacuisset V. HOM. II. IX, 409; XIV, 518; XXIII, 72; VIRG. *Aen.* VI, 325. sqq. Hinc animam significat. Conf. KÖPPEN *Ann. zum HOMER*, L. I. p. 9. Ed. II. Ponitur etiam Latinorum anima, imprimis a Poëtis pro *ipsis hominibus* HOR. *Sat.* V, 41; STAT. *Theb.* VIII, 666. VIRG. *Aen.* XI, 24; LUC. *Phars.* I. 447. Ἀγαθός) Pr. bello strenuus, fortis. Scilicet apud gentes antiquioris ævi, omnia fere, quæ virtutis, vitii vel pulchritudinis veniebant nomine in armis eadem & robore virium præcipue posita erant. Unde ἀγαθός ab ἀγάζομαι, valde miror, vulgo deducta vox, admirabilem, conspicuum in genere notat; ex antiquissima tamen dicendi ratione ad fortitudinem præcipue spectat, cujus innumera in scriptoribus Græcis occurrunt exempla. HOM. II. XIII, 314; XEN. *Cyrop.* II, 2, 20. PALÆPH. *de incredib. Hist.* VII, XI & XXXIII. Senior tandem usu, ad pacis artes transtulit vocis significatum, quo in qualibet re bonum atque præstantem jam denotat.

Τάλαω, τλάω vel τλήμι) Idem valere videntur ac Latinorum *sustineo*, latiori sumtum sensu sc. 1) *Patio*, *tolero* 2) *Audeo*, 3) *Duro*, *pergo*, quam significationem huic loco præ ceteris aptissimam iudicamus. *Genio tuo indulgere pergas* h. e. jucunde indefiniter degas. Sic. HOM. II. II, 299:

Τλήθε φίλοι καὶ μέναιτ' ἐπὶ χρόνον ὄφρα δαώμεν,
Ἐὶ ἔτεον Κάλχας μαντεύεται, ἥε καὶ ἐκί

Genium tuum rebus gratis constanter cura,

C

II.

reddi forsitan poterunt: *durate manere*, amici, *manete usque donec*, nobis innotuerit, an vera, an falsa vaticinatus sit Kalchas.

Χαρίζομαι) Rem gratam alicui facio, gratificor. Beneficium confers. *Χαρίζεσθαι* Ψυχῇ genio indulgere suo, quod idem significare videtur nostrum *χαρίζεσθαι* Ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν, augendi forte causa addito τῶν ἀγαθῶν, subint. praepos. ἐκ vel substantivo quodam e. gr. *χρήμα* vel *χάριτα*. Sensus itaque h. l. fere est *Jucundam & gratisnam reddas vitam tuam*. Similis occurrit constructionis exemplum *Odyss.* A. v. 140. *χαρίζομένη παρεόντων*, quod a brevium scholiorum Auctore explicatur: *ἐκ τῶν παρεόντων ἐπιδιδούσα* (ἐκ το χαρίζεσθαι, addendum censet STEPHANUS in Thesaur. L. Gr. voc. *χαρίζομαι*) *gratificans de illis, quae aderant* (*esculentis.*)

B *

ᾠ πᾶϊ τέλος μὲν Ζεὺς ἔχει βαρύκτυπος
 Πάντων, ὅσ' ἐστὶ, καὶ τίθησ' ὅπη θέλει.
 Νούς δ' οὐκ ἐπ' ἀνθρώποισιν ἀλλ' ἐφήμεροι

Nous

Proximum huic carmini locum (ut reliquas taceam rationes) propter ipsam cum præcedenti carmine argumenti similitudinem dedimus, quem eundem ordinem etiam posthac, si ita tulerint fata, sequi constituimus. Descriptum vero est e *Stobæo Serm.* eodem ac præcedens. Jambis etiam hoc exposuerunt *EUCHANANUS & GROTIUS.*

ᾠ πᾶϊ) An aliquem hac voce compellet Poëta, & quis ille fuerit, dictu est difficillimum. Aequè enim late patet significatus vocabuli *πᾶϊς*, ac Latinorum *Pueri*, ut nempe vel *adolescens*, *adulescentem*, in genere, vel *filium*, *natum*, vel *seruum*, *ministrum* denotet.

Μεν-δ' ἔτι) Nemini, cui vel primis labris Græcas attingere litteras licuit ignotum esse potest, non raro ita conjunctas reperiri particulas *μὲν & δὲ*, ut plurimis locis *το μὲν* explicari nequeat *quidem*, & *δὲ vero*, sed vel in versione omnino omittendæ sint, vel, cum id fieri nequeat, exprimendæ per *cum-tum*, *et-et*, *quavis-tamen*, &c. Frequenter quoque post unicum *μὲν* sæpius repetitur *δὲ*, ubi tamen aliarum, Latinæ vel Svecanæ, Linguarum genius non semper patitur, ut peculiari vocabulo ejus vis exprimatur; hoc vero fit, ut indicetur continuata & successiva rei, cujus mentio habetur, series; ut infra v. II. sqq. Scilicet elegans (quod in *Libro de Id. L. Gr. VIII, 8*, bene observat *VIGERUS*) est vocularum harumce usus in conjunctione sententiarum, etiam dissimilium, atque transgressionibus in oratione faciendis.

ἔχει) *In potestate sua habet*, quo sensu sæpius occurrit. *HOM. Il. I. v. 507:*

II.

O Puer, penes Jovem est exitus Altitonantem
 Rerum omnium, cunctaque ille pro arbitrio regit.
 Neque ulla hominibus est sapiens mens: sed intra præ-
 sentem conclusi diem Sem-

C 2

. . . ἔχει γέρας αὐτὸς ἀπέρας

in potestate sua est præmium, ipseque illud abstulit; XEN. Hist. Gr. I, 6, 9.

Βαρέντυπος) Epitheton Jovi addi solitum ob tonitruum, quorum arbiter esse fingebatur, horrendum fragorem. Additur etiam *Nep-tuno* (e. gr. HESIODI *Theog.* 818) ob gravem undarum sonitum.

2. 'Οσ') Quædam STOBÆI Editiones habent ἔς, contra sensum, quod jure itaque rejiciunt STEPHANUS & GROTIUS.

Τῷθῳ) (pro quo nonnullæ Editt. male τῷθῳ) per administrat, moderatur, regit rite explicatur. XEN. *Mem. Socr.* I. 4. 17. Ὅμοιοι χεῖρ, τὴν φρόνησιν τὰ πάντα, ὅπως αὐτῇ ἡδὺ ἦ, ἔτω τιδέσθαι h. e. Existimandum est, prudentiam omnia prout ipsi volupe fuerit, moderari. *Cyrop.* III, 2, 30. Cf. *VIG.* l. c. VII, 2, 5.

'Οπη) Pr. Qua parte, qua via; unde qua ratione, quo modo. Nomen dativi Casus esse particulam hancce & scribendam ὅπη (sc. ὀδῶ) statuit ZEUNIVS [(in *VIG. Id.* L. Gr. VII, 10, 3, not. (†)), haud contemnenda nixus ratione, sæpius nempe ad ταυτη (ὀδῶ) refertur ὅπη. V. c. XEN. *Cyr.* VIII, 3, 2. PLAT. *Phæd.* p. 246 (v. l. c.)

3. Νῶς δ' οὐκ - - οὐδὲν εἰδότες) Ita versus plane corruptos mutilosque ex Codd. MSS. restituit atque correxit H. GROTIUS, STEPHANUS habet

- Ἄει βροτοὶ δὴ ζῶμεν, οὐδὲν εἰδότες
 5. Ὅπως ἕκαστον ἐκτελευτήσῃ Θεός.
 Ἐλπίς δὲ πάντας κάλλισιν θείῃ τρέφει,
 Ἀπρηκτον ὀρμαίνοντάς. Ὅι μὲν ἡμέρην

Με-

Νόος δ' ἐπ' ἀνθρώποισιν ἐν ἑφῆμεροις
 Ἔς, ἀλλ' ἑφημέριοι βροτοὶ δὴ ζῶμεν.
 Nec ineléganter. In Ed. Stobæi 1543 Fol. contra versus rationem
 legitur:

Νόος δ' ἔκ' ἐπ' ἀνθρώποισι,
 Ἄλλ' ἑφημέριοι δὴ βροτοὶ ζῶμεν.
 Quibus in Ed. Stobæi Francof. 1581 Fol. additur versus corruptus
 plane omnique carens sensu

Ἄει δὴ βοτὰ ζῶμεν οὐδὲν εἰδότες
 Ἐπ' ΑΙ. ἐν, quod eodem credit.

Ἐφημέρος) vel ἑφημέριος ab ἐπι, per (cum tempus notat) & ἡμέρα,
 dies, conflata vox, Diurnus. Hinc 1) Unius dici, h. e. Unicum diem
 durans, breve tempus durans, fluxus, caducus; 2) ad plures dies per-
 tinens, quotidianus. Ἐφημέροι vel ἑφημέριοι vocantur homines,
 partim quia ad diem quasi pertineant præsentem, neque crastinum
 sibi polliceri possint, quod h. l. indigitare Poëtam arbitramur, par-
 tim quia breve sit vitæ tempus mortalium.

4. Δῆ). Silentibus licet Lexicis originarie valuit jam, nunc, ex qua si-
 gnificatione nata vis, quam habet, monendi, adhortandi, precandi,
 ita ut exprimat ferre vocem Svecic. nu, qua uti solemus, non tam
 ad tempus aliquod designandum, quam alios ad quidquam facien-
 dum, vel omitrendum adhortaturi, vel obtestaturi. Sæpe quoque, ut
 h. l. vi pollet διαβεβαιωτική, (præsertim ubi sequitur post nomina
 superlativa, vel ubi increfcit oratio) & significat certe, utique, pro-

Semper utique vivimus mortales, plane nescii

5. Quem cuique finem destinaverit Deus.

Spes vero veneribus divina cunctos alit

Vana volventes animo. Alii scilicet unum saltem diem

C 3

Si-

fecto, ut THUCYD. L. I. c. I. Κίνησις γὰρ αὐτῆ μεγίστη δὴ τοῖς Ἑλλήσιω ἐγένετο (v. VIG. l. c. p. 483) Hinc maximus profecto motus inter Græcos exstitit. XENOPH. Cyrop. IV, 6, 11; MATTH. XIII, 23. Conf. SUIDAM in voce & VIGERUM l. c.

5. Ἐκτελευτήσῃ) Finem destinaverit; ad verba: Finiverit, finem sit impositurus. Scilicet indeterminata plane esse Tempora Græcorum, Ἄορισα, & nomen ipsum docet, & mille exempla. Varie itaque pro diverso contextu, per Præsens, vel Præteritum, vel Futurum tempus (Sv. warder) ut h. l.; quin etiam per additum soleo exponenda sunt. Aoristum Græcorum imitari videntur Poëtæ Romani, Præterito suo perfecto indefinite posito.

6. Ἐλπίς - - - τρέφει) Conferri cum his posunt EURIPIDIS:

Ἄι δ' Ἐλπίδες βόσκουσι Φυγάδας, ὡς λόγος,

Καλῶς βλέπουσι γ' ὄμμασιν - - -

Cf. delicatissimos TIBULLI Elegos I. II, 7.

Κάλλεισι θεῖν) Ita correxit STEPHANUS nitorem versus restituens. In Edit. STOBÆI A. 1543 & 1581 legitur καπιπέθει, quæ lectio, sive metrum spectes, sive sensum, depravata profus & adulterina iudicanda est, nec itaque cum nostra concinna comparari potest. GROTIUS substituendum censet καπιπέθει, (καὶ ἐπιπέθει) quam vocem Græcis usitatatam esse, optarem ut auctoritate exemplorum, vel Lexicorum probari posset.

7. Ὀρμάω) Verbum Poët. pro ὀρμάω, pr. Cum impetu feror, ruo, irruo; deinde ad animum transfertur, ut significet: animum cum im-

Μένουσιν ἔλθειν, οἱ δ' ἑτέων περιτροπῆς.

Νέωτα δ' οὐδεὶς ὅσιν οὐ δοκεῖ βροτῶν

10. Πλούτω, τε καὶ γαθοῖσιν ἕζεσθαι φίλον.

Φθάνει δὲ τὸν μὲν γῆρας ἀζήλον λαβόν

Πρὶν τέρμ' ἵκηται· τοὺς δὲ δυσῆνοι νόσοι

Φθίσασσι θνητῶν· τοὺς δ' ἄρει δαδμημένους

Πέμ-

petu quasi, ad aliquid agendum, vel deliberandum convertito, in animo verso, cogito.

8. Ἐλθεῖν) Inf. V. Ποῦτ. ἔλθω, unde ἤλθον & ἔλθε.

9. Νέωτα δ' ὅσιν-ἕζεσθαι φίλον) Si quis explicare maluerit: Nemoque est, qui non speret fore, ut pertingat, vivat in annum sequentem &c. non refragabimur; subint. scil. ἑαυτὸν ante ἕζεσθαι; & εἰς ante νέωτα, quod semper fere fieri observavimus.

10. Φίλον (pro quo in nonnullis **ΣΤΟΒΑΙ** Edd. male Φίλος) Abundantem atque gratum prægnañti significatione h. l. bene redditur. Habet enim Φίλος præter vulgarem, qua ut nemo ignorat, est carus, amicus, gratus, significationem Hospitalis, Hospitio bene liberaliterque excipientis, quod originarie valuisse videtur: Ut **HOM. II.]VI, 14;** **PIND. Ol. I, 24 & 62.** (Cfer. cognatum Φιλέω, benigne excipio Hospitem; c. gr. **HOM. II. VI, 15; XIII, 627; Od. IV, 29.** Hinc usitatio illa *Amandi* notio prono fuit alveo). *Annus divitiis & rerum utitium copia liberaliter excipiens* h. e. illis abundans. A notione vero cari satis commode alia cognata, proficiscitur, qua Φίλος est proprius, unde factum, quod contra interpretum plurimos observatur, ut Pronominibus possessivis meus, tuus, suus &c. sæpe reddi debeat; ut **TYRT. A, 26; HOM. II. V, 155; VII, 271; XIX, 209.** Neque multum abest, quin etiam hanc h. l. significationem quodammodo subesse credam.

Sibi accesurum, multos alii annorum orbis, expectant.
Nemoque est mortalium, qui non speret

10. Annum proximum divitiis bonisque gratum affore.
Hunc vero praecipue senectus ingrata, invadens
Ante terminum: mortalium alios morbi calamitosi
Interimunt; alios Marte domitos

Sub

11. Φθάνω) cum Participio atque interdum Infinitivo junctum, notionem habet *antevertendi*, *praeveniendi*, et per *prior*, vel *prius* eleganter saepe redditur. E. gr. ARISTOPH. ΠΛ. 635. Μὴ φθάσειε μὲ ἐπὶ τὴν χύτραν ἔλθων *ne prius, quam ego, ad ollam perveniat*; ARISTOPH. νεφέλ. 1384; XEN. Cyr. III, 1, 19; VI, 2, 23; Cfr. VIG. l. c. V, 14, 2.

* Ἀζήλος, ex a priv. & ζήλος (*desiderium aliquid assequendi cum emulatione quadam conjunctum, vel imitatio aemulatoria*) tale quidpiam significat, quod nemo appetit vel imitatur, exosus, abominabilis ingratus, despectus, miser,

* Λαβέω) form. diversif. λήβω & λαμβάνω *Capio, comprehendo, accipio.*

12. Πρὶν τέρεμ' ἵκηται) Pr. *Ante quam venerit terminus, quem sc. attingere sperabant.*

13. Φθίρω) H. l. *Interficio* HERODOTUS in *Urania* (v. ΣΤΕΡΗ. Th. L. Gr.) ἐπιλαβὼν δὲ λοιμὸς τότε τον στρατὸν καὶ δυσεντερειή καὶ ὄδον ἐφθειρε: *Pestis & dysenteria per iter exercitum interemit.* Φθίρομαι, *perco*, pr. *ire venire* significat, sed in malam partem saepe accipitur, de iis, qui cum suo, vel aliorum damno *eunt* aut *vagantur*. Vide R. F. P. BAUNCK in *Notis ad ARISTOPH. ἔκκλ.* 248.

* Ἄρης vel Ἄρεος) Apud Poetas veteres non raro idem significat ac Ἐνυάλιος, E. c. HOM. II. XVII, 210: saepe tamen distinguuntur;

Πέμπει μελαιίνης Αΐδης ὑπὸ χθονός

15. Ὅι δ' ἐν θαλάσῃ λαίλαπι κλονέμενοι,
καὶ κύμασιν πολλοῖσι παρφυγῆς ἄλός
Θηήκουσιν, εὐτ' ἂν μὴ δυνήσωνται ζῆειν.

ut ARISTOPH. Εἰς. 457. SOPHOC. Aj. 179. Ex Ἄρης deducta sunt Comparat. ἀρείων & Superl. ἀριστος, pr. Marti similior, simillimus h. e. fortior, fortissimus; unde præstantior in genere, præstantissimus. Vide quæ supra ad ἀγάθος a nobis prolata sunt (A. 14.) Obs. Ἄρει Anapastrum esse. Sæpe sc. loco Jambî, Spondæum, Tribrachyn vel Anapastrum admittit licentia Poëtica.

Δμάω vel δαμάω) formm. div. δαμάζω, δαμνάω, δάμνημι: prorsus domo, succumbere facio, occido. Marte occisos h. e. in certamine occumbentes, qui Martis præda esse fingebantur. Hinc ipsi adjecta sunt Epitheta Βροτόκτονος, βροτολόγος, ἀνδροφόνος, ἀνδρειφόντης &c.

14. Αΐδης) ex ᾱ priv. & ιδεῖν videre, conflata vox, ut Lat. Orcus significat 1) VIRGILI sine sole domos, domicilium τῶν ψυχῶν, tartara, HOM. Il. A, 3, ANACR. LV, 9,) quæ sub terra esse finxerunt Poë. tæ; 2) Plutonem, cui regnum Inferorum tribuerunt fabularum architecti. HOM. Il. XV, 188, HESIODI Theog. 455. Formæ diversæ ᾱϊς, ᾱϊδης, ᾱϊδανεύς.

15. Λαίλαψ) pr. Turbo, sive πνεῦμα βίαιον καὶ εἰλούμενον κάτωθεν ἄνω, ARISTOTELES de Mundo, E. gr. HOM. Il. IV, 278; ventus procellosus.

Κλονέω) a κλονός (tumultus, motus cum strepitu, qualis e. gr. aquarum undantium; v. SUIDAM, ARISTOPH. Νεφέλ. 387) tumultuose commoueo, agito, turbo.



Sub terram nigram demittit *Pluto*:

15. Alii maris procellis jactati
Magnisque fluctibus salis purpurei
Moriuntur, ubi leti hora advenerit.
Alii laqueo gulam frangentes, fato infelici,
Sponte sua lumen solis relinquunt.

D

20.

16. Πολλος) *Magnus, Vehemens* V. Polyb. X. 18. Conf. Suid. in voc.

17. Ἐὖτ' ἂν μὴ δυνήσωνται ζῶειν) ad verba *quandocumque vivere non possunt, Parcis* nempe vetantibus, quantum ex nutu & arbitrio vitam hominum pendere tradebat Mythica Græcorum & Romanorum Theologia.

ζῶειν) Al. ζῶειν.

18. Ἄπτω) *Annecto, alligo, apto.* Ἄπτειν ἀγχόνην sive βρόχον *laqueum sibi annectere, suspendio vitam finire.* STATYLLII FLACCI *Distichon*:

Χρυσὸν ἀνὴρ εὐρῶν ἔλιπε βρόχον, αὐτὰρ ὁ χρυσὸν,
Ὅν λίπεν οὐκ εὐρῶν, ἦψεν ὃν εὐρε βρόχον.

In *Anthol. Epigr.* L. I. & ΣΤΟΒΛΕΟ, sub Tit. *περὶ αἰδικίας καὶ φιλαργυρίας.*

Μόρος) vel μοῖρα, a μέρω *divido dispersior*, idem fere ac αἶσα; sc. pr. *portio cuius in mensa attributa* (Hom. Od. III, 66; VIII, 470; ARISTOPH. Ἔρη. 1105.) inde *portio fatalis, fatum*, quod omnium fere, quæ fiunt, ingratorum præsertim, causam esse opinatur, omnis incultior homo atque rudis.

19. Ἀυτάγρετος) ex αὐτός & ἀγέρω, duplicem habet significationem, *Activam* nempe & *Passivam*: *electus* vel *Ipse eligens aliquid* (h. l. agendum h. c. *sponte aliquid agens, spontaneus.*) Ejusdem indolis sunt *ἀνόητος, ἀθέατος, δυνατός, τλητός* &c.

- ἽΟι δ' ἀγχιόνην ἀΨαντο δυσήνω μόρα
 Καυτάργετοι λείπουσι ἥλιου Φάος.
 20. Ὅυτω κακῶν ἀπ' οὐδὲν ἄλλα μύρια
 Βροτοῖσι κῆρες, κανεπίφρασοι δύαι
 Καὶ πῆματ' ἐσίν. ἼΕι δὲ μοι πιθοίατο,
 Ὅουκ ἂν κακῶν ἐξῶμεν, οὐδ' ἐπ' ἄλγεσι
 Κακοῖσι ἔχοντες θυμὸν ἀκισζόμεθα.

Γ.

ἸΑνθρωπος [γαρ] ἐὰν μὴ πότε φήσῃς ὃ τι γίνεται,
 Μηδ' ἀνδρα ἰδῶν, ὅσπον χρόνον ἔσσεται.

Ωσ-

-
20. ἸΑπό) cum gignendi Casu constructum passim absque. THUCYDIDES L. VI. (STEPH. TH. L. GR.) ἔλεγε δὲ τοὺς ἸΑθηναίους ἀυλί-
 ζεσαι ἀπὸ τῶν ὄπλων ἐν τῇ πόλει inermes in urbe morari. Hinc
 natae phrasae: ἡ ἀπ' ἀνδρὸς (εσσα) vidua, ἀπ' ὄμματων, caecus
 Μύρια) a μυρῶ Largiter fluo: Decies millia; Innumeri, infiniti.
 Inepte vero significato a Grammaticis nonnullis distingui μύρια &
 μυρίοι, fati testatur usus in Graecis Auctoribus ipsorum promiscuus.
 21. Κῆρες) Parca, fata. Sed plerumque in malam partem capitur, ut
 sit, fatum letiferum, funestum.
 Πείθω 1. πιθεω) Flecto, persuadeo; πείθομαι, me flecti fluo, nar-
 rationem alicuius audio, veramque puto, parco, obedio.
 23. Κακός) a χάζω, cedo, vulgo derivatum, speciatim timidus, igna-
 vus. De generaliori notione mali vide quae supra ad ἀγαθός A,
 γ. 14, observavimus.